Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



86

in labiis tuis. quoniam benedixit te deus in
eternum. ℣ Tamquam sponsus.
PRimo tempore allevi
ata est terra zabu
lon terra nephtalim:
et novissimo aggra
vata est via maris
transiordanem ga
lilee gentium. Populus qui ha
bitabat in tenebris: vidit lu
cem magnam. Habitantibus in re
gione umbre mortis. lux orta
est eis. Multiplicasti gentem: non
magnificasti letitiam. Letabun
tur coram te sicut qui letantur in
messe. sicut exultant victores
capta preda quando dividunt
spolia. Jugum enim oneris eius.
et virgam humeri eius. et sceptrum
exactoris eius fregisti: sicut in die
madian. quia omnis violenta pre
dans cum tumultu. et vestimen
tum mixtum sanguine erit in com
bustionem: et cibus ignis. Par
vulus enim natus est nobis. filius
datus est nobis. Et factus est
principatus super humeros eius. et
vocabitur nomen eius admira
bilis. consiliarius. deus fortis: pa
ter futuri seculi. princeps pacis. Mul
tiplicabitur eius imperium: et pacis
non erit finis. super solium david
et super regnum eius sedebit. ut con
firmet illud et corroboret in iudicio
et iustitia. amodo et usque in sem
piternum. Zelus domini exercituum
faciet hoc. Verbum misit
dominus in iacob et cecidit in israhel.
Nec dicit dominus deus convertimini
ad me et salvi eritis. ℣ Hodie
nobis celorum rex de virgine nasci dig
natus est ut hominem perditum ad reg
na celestia revocaret gaudet exercitus
angelorum quia salus eterna humano
generi apparuit. ℣ Gloria in excelsis de
et in terra pax hominibus bone voluntatis.
Quia salus. Gloria patri. ℣ Hodie.
CONsolamini consolamini po
pule meus: dicit dominus iu. Loquimini
ad cor hierusalem et advocate eam: quia
completa est malicia eius. dimis
sa est iniquitas illius. Suscepit
de manu domini duplicia: pro omni
bus peccatis suis. Vox clamantis in
deserto. Parate viam domini: rectas
facite in solitudine semitas dei
nostri. Omnis vallis exaltabitur
et omnis mons et collis humiliabi
tur: et erunt prava in directa.
et aspera in vias planas: et revela
bitur gloria domini et videbit
omnis caro pariter quod os domini
locutum est. Vox dicentis. Clama.
Et dixi. Quid clamabo? Omnis
caro fenum. et omnis gloria eius
quasi flos feni. Exsiccatum est fe
num et cecidit flos. quia spiritus
dei sufflavit in eo. Vere fenum est
populus. Exsiccatum est fenum et
cecidit flos: verbum autem domi
ni manebit in eternum. Super montem
excelsum ascende tu qui evangeli
zas sion. exalta in fortitudine
vocem tuam qui evangelizas ie
rusalem: exalta: noli timere. Dic
civitatibus iuda. Ecce dominus deus in
fortitudine veniet et brachium eius
dominabitur: ecce merces eius
cum eo. et opus illius coram illo.
Nec dicit. ℣ Hodie nobis de celo
pax vera descendit. hodie per totum mun
dum melliflui facti sunt celi. ℣ Gloria in ex